

Sessio Pa (8) Decretum primū publicatū in Sessione prima Sacri Concilij Tridentini
Sub Pio Quarto Pont. Max. die xviii Januarij 1562

Illustrissimi et Reuerendissimi Domini, Reuerendiq. Patres Placet ne uobis ad laudem
et gloriam sanctae, et indiuiduae Trinitatis Patris, et filij, et Spiritus sancti
ad incrementum, et exaltationem fidei, et religionis Christianae, sacrum, oecumenicum, et Generale Concilium Tridentinum in Spiritu sancto legi-
time congregatum, ab Eoderno die, qui est decimus octauus mensis Januarij
anni a Natiuitate Domini Millesimi Quingentesimi Sexagesimi se-
cundi, cathedra Romana beati Petri Apostolorum principis conse-
crato, sublata quacumq. suspensione iuxta formam, et tenorem literarum
sanctissimi domini nostri Pij Quarti Pontificis maximi, celebrari.
Et in eo ea, debito seruato ordine, tractari, quae proponentibus Legatis
ac Praesidentibus, ad eorum temporum leuandas calamitates, sedanda
de religione controuersas, coercendas linguas dolosas, deprauatorum
morum abusus corrigendos, Ecclesiae ueram, atq. Christianam pacem
conciliandam, apta et idonea ipsi sanctae Synodo uidebuntur.

Decretum 2^m publicatū in Sessione 2^a sacri Concilij Tridentini
sub Pio Quarto Pont. Max. die xviii Januarij 1562

Illustrissimi, et Reuerendissimi Domini, Reuerendiq. Patres. Placet
ne uobis proximam futuram Sessionem habendam, et celebra-
dam esse feria quinta post secundam Quadagesimam dominicam
qui erit dies uicesimus sextus Februarij.

Responsio R^m d^m Archiepⁱ granatensⁱ. ad 2^m decretum

Verba illa decreti (PropONENTIBUS LEGATIS AC PRAESIDENTIBUS) mihi non
placent tanq̄ noua, nec posita hactenus in cōcilij, et nō necessaria nec
expedientia, his max^e Epⁱscopis Ideo peto ab huius S^{ae} synodi interu^o.
inferat hoc meum suffragium inter acta dictae S^{ae} synodi vna cum predicto
decreto, mihi q̄ authenticū illius instrū^m exhibeat.